e-codices

& uidebunt omnes fines terrae salutare di nri. Nequaquam hoc de iudeis
sed de apostolorum omniumq; scorum intellegimus choro. Quibus pcipitur
ut recedant de hierusalem. & in toto mundo euangelium predicent.
Dicente dno saluatore. Ite docete omnes gentes baptizantes eos
in nomine patris & filii & sps sci. Ut nequaquam cum iudeis blasphemantibus maneant. In quorum necem romanus par&ur exercitus. sed
pollutos derelinquant & separentur ab eis atq; mundentur. qui portant uasa dni. Templum enim est sps sci. & magnae domus uasa aurea
& argentea. Qualis fuit apostolus paulus qui uas electionis dicitur.
Preparauerat se in uas pciosum. & captum in ministerio di. Uel certe hoc dicendum. quod uasa dni armatura sit spiritalis; De qua
& paulus apostolus loquebatur. Induite uos armatura di. & per
singula enim erat. loricam iustitiae & clipeum fidei. et galeam salutis & gladium sps. quium pretatur uerbum di. Ad hec addit
cingulum ueritatis & calciatos pedes in pparatione euangelii pacis.
Et in alio loco. Deponentes ergo opera tenebrarum. Induamur
arma lucis. Sequitur. non in tumultu exibitis. neq; properabitis.
Neq; enim ut uicti de hierusalem. sed ut uictores recesser. Ut qui cotidie pdicantes in templo euangelium di multa milia iudeorum
xpi fidei subiecerant. & iam mundum illius euangelio subiugarent.
Preuium enim habebant dnm qui congregar& eos dm isrl.
hoce de orbe terrarum unum gregem facerent. Ut impler&ur
illud quod dns in euangelio ad patrem loquitur. Da ut sicut
ego & tu unum sumus. sic & isti in nobis unum sint. Ut eodem sensu. & eodem sententia. repugnantia in se uitia atq; contraria
deferentes. unam adpraehenderint solamq; uirtutem;

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 111, p. p.%2044 – Copy of Jerome's commentary on chapters 14-18 of the Book of Isaiah (http://www.e-codices.ch/en/csg/0111/p.%2044)